ipm z diligenter pspice: pluriū em virtutū crepla tibi demōstrat. Gladiū em in solitudine: ieiunat: orat. vigilat: iacet z dormit in plana terra: z humilr cū bestijs puerfat. Lō parere igit z spzvbq; s; h maxie qz vita sua tenera est z corpis afflictiva: ac eius exemplo disce ab eo in his exercitari. Nā quattuor hic tāgunt que spūalis exercitiū sūt: z mirabilr seinuicē iuuar. Solitudo: ieiunū: orō: z afflictio corpis. Sic z tu exemplo dñi vade in solitudine: id est q̄rtuz pores separa te ab aliorū z sortio: z sis solitarius fugiēdo locutiōes seculariū. Non q̄res no uas deuotiōes nō impleas oculos z aures abiectis: nec alios sensus. Hac em causa sancti p̄es perebāt nemora: z loca remotissima ab omniū hoīm puerfatiōe: z p̄cep̄ebāt discipulis suis q̄ essent surdiz muti. Unde p̄s. Oblitiscere pplm tuum z domū patris tui: z cupiscet rex decorē tuū. Poteris aut solus esse etiā in multitudine: si nō inania excogites: si despicias qd multi sciipiunt. s. si iurgia vites: si damna nō sentias: si nō recorderis iniuriarū. Alioqn nec si solus es corpe solus es. Solus ergo eris in quacuq; hoīm frequētia. Cave tñ aliene puerfatiōis esse aut curiosus explorator: aut temerarius iudex. In eo vero q̄ puerfabat cū bestijs: disce inter alios humilr puerfari z eq̄nimiter tolerare eos qui irrōnablr se habere vident ac bestialit. In hac solitudine visita sepe dñm tuū: inuere euz: z cōparere sibi: qz iacet in terra de nocte. Quilibet christian⁹ dicit ad min⁹ sel⁹ visitare ipm in die maxie ab epiphania vsq; ad q̄dra

ginta dies: quib; ipse ibi manebat. Complectis igit dieb; dñs esurir. Tunc tentator accessit ad eū: explorare volens si esset filius dei. Et tētauit eū primo de gula sic. Si fili⁹ deus: dic vt isti lapides panes fiāt sed non potuit magistrū decipere. Taliter em respondit: q̄ nec tentatiōi succumbit: nec scire potuit aduersarius qd volebat. Non em negauit nec asseruit se esse filium dei. Auctoritate scripture vincit dyabolum dicens. Non in solo pane viuit hō: sed in omni verbo qd procedit d ore dei. Et nota in hoc exemplo dñi resistendū esse gule. Nam ab ipsa inchoandū est si volumus superare. Nam qui gule succubuerit videtur esse imbecillus ad alia vitia deuincenda. Sic em dicit glosa sup Mattheū. Nisi gula prius refrenet frustra p̄tra alia vitia laborat. Postea dyabolus assumpsit eum et portauit in hierusalē: que distabat m̄ decē z octo miliaria vl̄ circa. Considera hic patientiā z benignitātē dñi. Permisit em se portari z tentari ab illa cruenta bestia: q̄ suū z oīm amicoz sanguinē sicut bar z nūq; erat digna ipm tangere vel videre. Statuens aut eum supra pinnaculū templi: tentauit de vana gloria: volens explorare qd supra. Sed similiter vt supra vincitur: z intentione sua frustratur. Et tunc vt dicit Bernardus super psalmū. Qui habitat in adiutorio altissimi. Quia dominus nil ostendit diuinitatis: credit dyabolus hunc esse hominem. Ideo tentat eum tertio vt hominē. Assumpsit ergo eum: et portauit in montē excelsum seorsum. p̄pe dictū montē de

quarentena p̄ duo miliaria: z tentauit eū d avariciā. S; etiā hic homicida ille succubuit. Vidisti quō z quoridē dñs Jesus fuit tētatus. Unde Ber. Qui quartā tētationē d dño nō credit: qz nō legit: Ignorat scripturā que dicit. Tētatus at p̄ oia p̄ silitudine abiq; pctō. Uic croza itaq; facta venerūt angeli z ministrabāt ei. Dic aut diligenter attende z aspice dñm comedentes solum circūstantib; angelis: z p̄sidera bene que sequunt z que dicuntur: qz pulchra sunt z deuota. Et q̄ re quid angeli ministrabant vt comederet post tantū ieiunū. De h em scriptura nō loquit. Possum⁹ aut hoc victoriosum prandiū fm qd volumus ordinare. Et si ei⁹ potentia qui dat escā omni carni p̄side remus: expedita est. Quō? Quia res nouas creare: aut de creat̄ hie poterat fm volūtātē suā: s; nō legitur q̄ hac potentia p̄ se aut p̄ suis discipulis vsus fuerit. Pro turbis aut: si quas pavit in multitudine magna d̄ paucis panib;. De discipulis autē legitur: q̄ eo presente spicas vellebāt p̄pter famē z comedebant. Similiter cū fatigatus d̄ itinere sedebat super puteū loquēs cum samaritana: nō d̄ q̄ creauit cibos nouos: sed q̄ misit ad ciuitatē discipulos ad cibos querendum. Nec est verisimile qd per miraculū sibi p̄viderit: qz miracula factebat ad alioz edificationē: z in p̄sentia pluriū: ibi aut nō erant nisi angeli. Quid ergo circa hoc meditabimur? In mōre em illo nō erat habitatio hominū: et parata cibaria portauerit ei angeli: sicut trigint Danieli. Lum em Abacuc p̄beta

parasset pulmentū messorib; suis: portauit eū angelus dñi p̄ capillos de iudea in babilonē ad Danielē vt comederet: z postea in momēto re portauit. Memoremur ergo hic: hunc modū assumamus z iocūdemur cū dño in hoc prandio. Sentiatq; mater sua excellētissima de hac eadē iocūditate z victoria: pie: qz ac deuote sic meditemur. Veniunt angeli sathana repulso in multitudine magna ad dñm Jesum: z adorātes eū procident in terrā dicētes. Saluere dñe Jesu d̄s noster z dñs noster. Et dñs benigne ac humiliter recepit eos: etiā euz capitis inclinatiōe cogitans se esse hoīem minoratū paulominus ab angel. Dicunt ei angeli. Dñe multū ieiunastis: qd vultis vt vob; portem⁹? Et ille. Ite ad matrē meā charissimā: z si qd habet ad manus deferre: qz de nullis cibis sic libēter vescor: sicut d̄ suis. Tunc duo eripis pergētes in momēto fuerit corā ea: z eā reuerēter salutātes faciūt ambassiatā z modicū pulmentū qd sibi z Joseph parauerat: z panē euz robalia z alijs oportunitis portant. Et forte dñā pisciculos aliq; si portuit p̄curauit. Reuersi ḡ parāt in plana terra mēsam: bñdictionēq; solēmiter agūt. Aspice hic bñ in singulis q̄ agūt: sedet in terra: cōposite z curialr z sobrie comedit: circūstant angeli ministrātes dño suo. Alius seruit ei d̄ pane: ali⁹ d̄ vino: ali⁹ portāt pisciculos: z ali⁹ cantet de canticis syō: z iocūdat: z diē festū agūt corā deo. S; si dei liceat: p̄mixtū est eis hoc festū ploratōe p̄maxia: p̄pter quēz nos debem⁹ plorare. Cōspiciūt eū reuerēter: z p̄side

rantes dñm z deū suū: ac toti mū  
di creatorē: q̄ dat escā omī carni sic  
humiliatū: z sustentatiōe cibi cor/  
poralis indigentē z comedentē vt  
cereri de p̄plo: mouentē compassiōe  
Eredo ei q̄ si corde affectuose eum  
sic stantē sp̄iceres: z eū aliquāl̄  
diligeres: et valida cōpassiōe cla/  
mares z diceres. O dñe q̄sta p̄ me  
fecistis: oīa opa vīa plena s̄ltupo  
re. Adiuuare me vt aliqd̄ patiar p̄  
vobis: p̄ metor z tanta tulistis. Cer/  
te hoc solū deberet te i eius amorē  
accendere. Tandē supra refectōe  
dixit angelis vt portēt res: z dicāt  
matri q̄ redibit ad eā. Ip̄s at̄ re/  
uersis dixit omībus. Redire vos ad  
patriā z ad gaudia vīa: me em̄ ad/  
huc oportet peregrinari. Rogo at̄  
vos vt me recōmendetis p̄i actori  
curie celesti. Qui p̄cederet ad ter/  
rā z b̄ndictionē perētes: ea recepta  
redierit ad patriā: z de ei⁹ victoria z  
his nouis torā curiā celestē reple/  
uerūt. Dñs at̄ Jesus volēs ad ma/  
trē redire: cepit de morte descēdere.  
Cōspice bñ quō vadit solus nudis  
pedib⁹ dñs oīm: z ei vehemētē cō/  
patere. Venit at̄ ad iordanē quē io/  
hānes vidēs ad se veniētē oñ dit eū  
digito dicens. Ecce agn⁹ dei: ecce q̄  
tollit pctā mūdi. Ip̄e est sup̄ quē vi/  
di sp̄m descēdentē qñ baptisauit eū  
Eri alia die dum videret eum am/  
bulantē iuxta iordanem dixit. Ecce  
agn⁹ dei: ecce q̄ tollit pctā mundi.  
Tūc Andreas ex vn⁹ ex discipulis  
Johis iueit post eū. Benign⁹ aut̄  
dñs s̄tēs eoꝝ z oīm salutē: vt da/  
ret eis d̄ se fiducia z audaciā vertit  
se ad eos dicens. Quid q̄ritis? At illi  
dixerūt. Rabi vbi habitas? z dixit eos  
ad domū vbi se reducebat tūc i ill

trib⁹: z steterit cū eo vna die. Post  
ea dixit Andreas fratrē suū Petz  
ad Jesus: quē alacritate suscipit facēs  
qd̄ de eo esset factur⁹. Et dixit ei.  
Tu vocaberis cephās. Et sic i q̄sdā  
noticiā z familiaritatē venit cū eis  
Postea volēs dñs Jesus redire i  
galileā ad matrē: discessit de trib⁹  
illis z cepit reuerti. Quē etiā nūc  
cōpatēdo respice: z vade sp̄ cū eo.  
Nā solus vadit more solito nudis  
pedib⁹ p̄tā longā viā. lxxiij. milia/  
rioz. Cōpatēdoq; p̄sidera qd̄ dñs a/  
faciebatur illo tpe. q̄ puata erat filio  
tā dilecto. Lū venisset domū: mar/  
tē vidēs vltra q̄s dici posset exhila/  
rata surgit z ei occurrit: z i ample/  
xus stricissimos recepit. Lū ipse  
reuerenter se inclinavit: z nuticio  
suo Ioseph: z cū eis more solito re/  
māsit. Nūc potes p̄siderare qualr  
eum mater interrogat d̄ oīb⁹ q̄ isto  
medio p̄tēret qualr ei fuerat: z q̄li/  
ter cōpatēbat̄ aspiciendo eum sic  
macilentū z pallidum.

#### De apertioe libri in syna goga. Lu. iij. Ca. XVIII

Ucusq; p̄ dei gr̄az vitā dñi  
ordinare tenim⁹ paz z q̄si  
nil d̄ his q̄ p̄tingēt: aut p̄  
ip̄m facta s̄mittētēs. Sed nō sic  
deinceps intendo facere: qz nimis  
esset longū oīa q̄ dixit z fecit i me/  
ditationē redigere. Sufficit em̄ q̄ rē  
p̄ eū dictā aut factā: ante mētis o/  
culos ponam⁹: z more beate Lea/  
lie in secreto pectoris portem⁹: ita  
q̄ p̄uersemus cū eo: z ei familiares  
fiamus. Nam in hoc videt̄ haberi  
maior: deuotio z dulcedo. Et q̄si to/  
tus fructus haz meditationū in  
hoc p̄sistere videt̄: vt sic vbiq; z sp̄

intrucamur deuote: q̄si p̄ntes esse/  
mus in q̄libet actu suo: vt qñ stat  
cū discipul⁹: qñ cū pctōib⁹: qñ loq̄t̄  
eis: qñ predicat turbe: qñ vadit: se/  
der: dormit: vigilat: z comedit aut  
alijs ministrat: qñ sanat egrotos: vlt̄  
alia miracula facit. In his at̄ z silē/  
bus p̄sidera oēs actus z q̄dus su/  
os: maxie p̄emplās faciē suā sicut  
pores imaginari: qz sup̄ oīa p̄dicta  
videt̄ mihi difficilior: s̄ qñ refice/  
ret iocūdus. Illudq; attēte serua  
si forte ip̄e te cū benignitate respi/  
ciat. Et hoc tibi p̄ recursu z doctri/  
na oīm q̄ sequunt̄: vt vbiq; nar/  
rauero: si aliter nō exp̄: essero singu/  
lares meditationēs vlt̄ istas omī se/  
ro: recurras ad hūc locū z sufficiat  
Meditatiōes at̄ deinceps nō tra/  
ctabo plix̄ donec puenero vsq; ad  
passionē: d̄ q̄ nil est obmittendū:  
nec deinceps ad meditatiōes acce/  
dā. Postq; h̄ dñs Jesus redijt  
a baptismo humilitatē mḡt p̄uersa/  
tus est humilr vt ante solitus erat  
Lept̄ at̄ se paulatim manifestare ali/  
q̄b⁹ p̄dicādo z docēdo. Non em̄ p̄  
rotū annū seq̄ntē p̄dicatiōis officii  
um assumpsit publicvsq; ad mira/  
culū d̄ nuptijs: qd̄ fuit eodē die an/  
no reuoluto q̄ baptisatus fuit. Et  
aliqui p̄dicabat: z discipuli baptisa/  
bāt. Nō tñ a deo p̄dicatiōē suā p̄  
se z suos discipulos freq̄ntabat añ  
Johis icarcerationē vt postea. Et  
hoc ei tribuēs humilitatē exēplū stu/  
pendū: dñs Johi se lōge inferiori p̄/  
dicatiōis officio: put̄ ex superiori die  
pie p̄cipi p̄t humilr deserebat. Nō  
q̄ cepit cū boatu vel p̄pā: s̄ humilr  
z paulatim. Quādā igit̄ die dñs esset  
i synagoga cū alijs i ecclia iudeoz  
surrexit legere i libro Esaie. Et legit

locū i q̄ scriptū est. Sp̄s dñi sup̄  
me p̄p̄ qd̄ vixit me euāgelizare pau/  
perib⁹ misit me. z cū plicuisset libz  
dixit. Hec scriptura ē hodie i plera  
i aurib⁹ v̄ris. Cōspice quō hūilr su/  
scipiēs lectoris officii benigno et  
placito vultu legit: z int̄ eos exp̄ōit  
scripturā: z quō se i cepit hūilr ma/  
nifestare cū dixit. Impleta ē hodie  
scriptura. i. ego sū ille d̄ q̄ loq̄t̄. Et  
ora oīm erāt int̄tā in eū p̄ effica/  
ciā v̄boꝝ: asp̄ctūq; hūilē z decorē  
Fuit ei pulcherrim⁹: fuit eloq̄ntiss/  
mus: de q̄ dictū ē. Speciosus for/  
ma p̄ filijs hoīm: diffusa ē gr̄a. zc.

#### De vocatiōe discipulorū. De prima. Johannis. i. De secunda. Luce. v. De tertia. Matthē. iij. Marci. i. De vo/ catiōe Matthē. Matthē. ix Marci. ij. Luce. v. Ca. XIX

Ep̄it etiā dñs Jesus voca/  
re discipulos z se solicitū red/  
dere circa salutes nostras:  
semper tamen humilitate seruata.  
Et vocauit Petrum z Andream tri/  
bus vicibus. Prima quando erat  
circa iordanem: z tunc venerunt in  
aliqualem eius noticiam. Secun/  
da de nauī quādo ceperunt pisces  
vt narrat Lucas Luce. v. Tunc em̄  
secuti sunt eum animo redeundi  
ad propria. Leperunt autē doctri/  
nā eius audire. Tertia de nauī  
vt narrat sanctus Matthēus cū  
dicit. Venite post me: faciam vos  
fieri piscatores hominū. Tunc em̄  
relictis rētib⁹ suis: secuti sunt  
eū. Silr vocauit Jacobū z Johan/  
nē in p̄dictis duob⁹ vicib⁹ vltimis  
Et in eisdē locis p̄tinet̄ de ip̄is in q̄

bus p̄tinetur de Petro et Andrea. Vocauit etiā Johannē d̄ nuptiis vt dicit Hieronymus: tñ in textu euangelij nō habet. Item vocauit Philippū dicens: Sequere me. Similiter et Mattheū publicanum. De mō vero vocatōis aliorū nō est scriptū. Considera ḡ et aspice eum in predictis vocatōibz et p̄uersatōe cum ip̄is: qm̄ affectuose vocat eos reddēs se eis affabilem: modestū: benignū: et obsequiosum: intus et extra: ducēs eos ad domū matris: et familiariter vadēs ad domos eorū. Docebat etiā eos et curam de ip̄is habebat precipuā: sicut mater de vnico filio suo. Dicit q̄ beat⁹ Petrus referebat: q̄ qñ in aliquo loco dormiebāt cū eo: surgens de nocte recooperiebat eos: q̄ tenerrime diligebat eos: sciēs qd̄ de eis esset facturus. Et quis essent hoīes rudis p̄uersatōis et humilis natiōis tñ principes mūdiz duces in bello sp̄iali oīm fidelū p̄stitururus erat eos. Et p̄sidera p̄ deo a qualibz cepit ecclesia. Noluit dñs eligere sapientes et potētes huius seculi: ne ip̄oz p̄bitari ascriberent̄ opa que fienda erant: sibi hoc reseruauit: et sua bonitate sapientia et potentia nos redemit.

De miraculo mutatiōis aque in vinum facto ad nuptias. Johis. ij. La. XX

Clāuis dubiū sit cuius fuerint nuptie facte i cana galilee: tamē q̄ fuerint Johānis meditari debemus: vt in p̄logo Johānis Hieronym⁹ affirmare videt̄. In eis em̄ fuit dñā nostra nō vt inuitata: nō vt extranea: sed

q̄ maior dignior et p̄mogenita erat inter sorores ibi in domo sororis: q̄ si i domo sua exstitit: et tanq̄ administratrix et dñā nuptiarū. Qd̄ ex tribus colligere possum⁹. Primo ex eo q̄ in euāgelio p̄tinet q̄ mater iesu erat ibi: sed d̄ Iesu et d̄ discipulis eius d̄ q̄ fuerit ibi vocati: et sic de alijs q̄ ibi fuerit intelligi debet. Et ḡ soror eius Maria Salomeyroz Zebedei misisset ad eā nazareth: q̄ distat a cana p̄ quattuor miliaria vel circa: dicens q̄ volebat facere nuptias filio suo Johāni: iuit cum ea et p̄uenit p̄ aliquos dies ad p̄parationē: ita q̄ qñ alij fuerit inuitati ip̄a iam erat ibi. Sc̄do possumus colligere ex eo q̄ ip̄a perpendit defectū vini dum nō erat: nō sicut vna ex discumbētibz: sed sic q̄ p̄ manus eius res ibāt: et vidit sibi deficere vinū. Si em̄ tunc discubisset: nunq̄d iuxta filiū mater mulier inter oēs verecūdabat. Et si alibi inter mulieres: nunq̄d defectus vini perpēdisset magis q̄ alij? Et si perpēdisset nōne surrexisset de prandio vt iret ad filiū? Inconuenientia vident̄ hec. Et verisimile est q̄ tūc nō discumbebat. De ip̄a nanq̄ d̄ q̄ erat valde obsequiosa. Tertio colligit̄ ex eo q̄ ip̄a precepit ministris vt irent ad filiū et facerēt qd̄ mandaret. Et sic videt̄ q̄ p̄cesserit eis: et q̄ nuptie gubernarent̄ p̄ eā. Ideo sollicita fuit ne defectus ibi p̄tingeret. Igit̄ fm̄ hunc modū aspice domū Iesum inter alios comedentem: sicut quēvis d̄ p̄lo: et sedentē in loco humili: nō inter maiores vt ex ip̄o loco colligim⁹. Non ei more superboz volebat p̄mos accubitus in cenis. Nā docturus erat.

Cum vocatus fueris ad nuptias: recumbe in nouissimo loco. Ipse veto prius cepit facere q̄ docere. Conspice dñam obsequiosam a latere et sollicitā ad cuncta recte et ordinare faciēda p̄bēdo et ostendendo ministris qd̄ et qualiter discumbentibz apponēda deferant. Cunctis post finē p̄uicij rediret ad eam ministri dices: Nō habemus plus de vino qd̄ apponamus eis. Ipsa r̄ndit. Ego prouidebo q̄ habebitis. Expectate parumper. Et exiens ad filiū q̄ humiliter vt dixit: sedebat i fine mensę p̄ hostium camerę: dixit ei. Fili mi vinū hic deficit: et soror nostra est pauper: et nescio qualiter habere possumus. Qui r̄ndit ei. Quid mihi et tibi mulier? Dura responsio: Sed ad naturā fuit fm̄ Bernar. in isto loco sexto epiphanię: vbi sic dicit. Quid tibi et illi domine? Nunq̄d quod filio et matri? Quid ad illā pertinet queris: cum sis bñdicens fructus ventris eius immaculati? Nōne ip̄a est que saluo pudore p̄cepit: et sine corruptiōe tepeperit: in cuius vtero nouē menses gineis lactatus es: cum q̄ duodecim annorū factus in h̄rlm ascendisti et eras subditus illi? Nunc ergo dñe quid molestus es illi dicens Quid mihi et tibi zc. Mulier qui demper oēm modū. Sz manifeste iam video: q̄ nō quasi indignans: aut p̄fundere volēs virginis et matris tenerā verecūdiā dicitis. Quid mihi zc. cum venientibz ad te iuxta preceptū eius ministris: nil cunctatus facias qd̄ suggestit. Ut qd̄ ergo sic responderas prius? Utiq̄ p̄pter nos vt nos p̄uersi ad deū iam

nō solliciti sumus carnalitatibus: aut circa parētū necessitates: vt necessitudines illi nō impediunt exercitiū spirituale. Q̄dū em̄ in mūdo sum⁹: p̄stat nos debitores esse parētibz. At postq̄ reliq̄imus nosmetipsos: multo magis ab eorū solitudine liberi sumus. Unde legim⁹ quēdā fratrem in heremo cōuersantē: cum ad eū carnalis frater auxiliū gratia aduenisset respōdisse vt audiret alter fratrem eorū cū ille vtiq̄ iam obijisset. Cunctis alius q̄ venerat r̄nderet: q̄ ille obijit. heremita quoq̄ q̄ silr̄ obijisset r̄ndit. Oprime ergo nos docuit dñs: ne solliciti sumus super p̄inuos carnis nostre plusq̄ religio postuleret: qñ ip̄e talia matri r̄ndit. Quid mihi et tibi mulier? Sic in alio loco cū suggeret̄ ei: q̄ mater eius et fratres foris starēt querēs ei loqui: r̄ndit. Que est mater mea: et q̄ sunt fratres mei? Vbi mō sunt qui r̄az carnaliter et inaniter sup̄ carnalibz p̄inquis suis solliciti sunt: ac si adhuc viuerēt: et ip̄i cū eis. Hucusq̄ Bern. De hac ergo r̄sione mater nō diffidens: sz de sua benignitate presumēs: redijt ad ministros dicens: Ite ad filiū meū: et quecūq̄ dixerit vobis facite. Qui cū r̄s impleuēt iuxta verbum dñi h̄dr̄as aqua. Quo facto dixit eis. Hauri tenūc et ferte arc bitriclino. In hoc aut nota duo. Primo discretionē dñi: q̄ p̄mo nulli honorabili viro. Sc̄do q̄ longius sedebat ab eo: q̄ dixit: ferte illi: quasi ab eo remoto. Sz cū ille sederet in loco honorabiliori: colligere possumus: q̄ dñs nolens ibi sedere: elegit locū humiliorē. Ergo ministri dederūt vinū illi

zab alijs diuulgares miraculū sciētes quō factū fuerat. Et credidit i cum discipuli eius. Finiro iuuio dñs vocauit iohannē seorsum dicens: Dimitte hanc vxorē tuā z sequere me: qz ad altiora te perducā. Qui secutus est. In hoc g q inter fuit nuptijs dñs: dedit intelligi q longe dignius est spūale matrimoniū qz carnale. Recessit g idē dñs iesus volēs ad salutē hoim deinceps publice z palā intendere. Pri mus ar voluit reducere matrē ad domū suā. Talē em dominā tales societate licebat habere. Accepit g eā z iohannēz alios discipulos: z iuerūt in capharnaū ppe nazareth z post aliqs dies nazareth. Cōspi ce ergo quō vadunt p viā mater et filius. Humilr z pedestre vadunt s; multū amāter. Quē duo se il li? Nunq̄ tales in terra visi sūt. Cōspice etiā discipulos reuerēter sequētes z auscultātes verba dñi. Non em erat ociosus: s; semp aliqd bo ni dicebat z faciebat. Non poterat in tali comitatu tediū comitanti bus generari.

**De sermone dñi in monte. Math. v. Lu. vi. Ca. XXI**

**C**onuocatis dñs iesus discipulis suis seorsum a tur bis ascendit cū eis in monte thabor ppe nazareth ad duo miliaria: vt eos imbueret eloquijs suis. Decebat ei vt prius eos instrueret: z specialr eos q̄s sup alios instrurus erat magistros et duces. Tunc g de multis instruxit: et ille sermo pulcherrim⁹ fuit z copiosus: nec mirū quē os dñi cōpilauit. Docuit ar eos d̄ bitu dinib⁹: de orōne

de ieiunijs z elemosina: alijsq; pluribus ad virtutes p̄nētib⁹: q̄ ipse poteris reperire. Legas em diligēter z sepe z cōmenda memorie que ibi dicunt: qz sunt spūalissimas: que nunc nō psequor: qz nimis esset longū: nec expositiōes sp̄ vident in meditationē cadere. Hoc g hic range resufficiat qz dñs in huius sermone in initio a pauprate in cepit: dans intelligere: qz paupras est tot⁹ sp̄ ritualis edificij fundamentū p̄marium. Non ei p̄ expedite sequi paupratē sp̄ritualē: q̄ oneratus ē sp̄ali bus reb⁹. Un̄ dic̄ Greg⁹. Un̄ pauperes rē. Cōspice g z p̄sidera dñm. Iesum humilr sedentē in terra sup illo mōte: z discipulos circa eum. Quō stat inter eos sic vnus ex eis: z quō affectuosē: benignē: pulcre: z efficaciter loquit cū eis: ad actus p̄dictos virtutū eos instrūēs. Respice z discipulos quō reuerēter humilr ac tota mentis affectuositate aspiciūt in eū: z auscultāt illa v̄ba mirifica eadē memorie cōmendār: z iocūditate maḡ fruūt tā in v̄b q̄ i aspectu. In hac p̄siderat oē iocūderis tur: z aspiciēdo ac si eū videret loq̄ntē: z app̄ximādo eis forte vocatus fueris: z oim orādo ibidē: et vt dñs tibi dabit. Cōpleto aut sermone p̄spice ipm dñm. Iesum vna cū discipulis ip̄s descendentē de mōte: z cū eis familiarit̄ loquentē etiā eūdo p̄ viā. Et quō ille simpli cū cecus gradati sequit nō curiose ordinat: s; sicut pulli post gallinā: z q̄libz vt meli⁹ audiat eidē magis app̄ximat: z quō turbe illi affectuosō curi ut aior: z infirmos suos eidē sanādos offerūt. Ip̄e vero sanabit oēs. Dic p̄ interponi q̄

ter dixit matri qz animo oportebat eū esse sine ip̄a ad pluriū salutē: qz volebat intrēdere p̄dicatōib⁹z alijs que p te meditare poteris.

**De seruo Centurionis et filio reguli liberatis a dño. Matthei. viij. Luce. viij. Jo. bannis. iij. Ca. XXII**

**C**apharnaū erat qdē Centurio. i. centū militū dñs: qui seruū habebat infirmū. Misit ḡ fide plenus ad dñm Iesum vt eū sanaret. Humilr ar dñs r̄dit. Ego veniā z curabo. Qd̄ cū sciuit Centurio remisit ad eū dicēs. Dñe nō sum dignus vt intres sub rectū meū: s; tm̄ dic v̄bo z sanabit puer meus. Iesus ar cōmendās fidē ei⁹ nō iuit vltērius: s; seruū a lāguore curauit. Cum ar in eadē ciuitate esset: qdā regulus. i. paruus rex: iuit p̄sonalit̄ ad Iesū rogās eū vt veniret ad domū suā: z sanaret filiū suū infirmū. Et dñs Iesus ire noluit: filiū tm̄ sanauit. In his ar p̄sidera meritū fidei p̄ Centurionē z humilitatē dñi volētis ire ad seruū z refugiētis reguli pompā. Cōsidera qz nos nō debemus acceptare p̄sonas. Plus em̄ honorat dñs hic seruū militē: q̄ filiū regis: sic z nos debemus nō ad oculū seruire: nec fm̄ exigentiā exterioris pompe: s; fm̄ necessitatē vel bonitatē eius q̄ seruitio indiget: ita vt nō ex cōplacencia: s; ex charitate seruiamus.

**De paralitico liberato a domino misso per tectum. Marci. ij. Ca. XXIII**

**I**n ciuitate predicta Capharnaum: cum dominus doceret in quadam domo: z essent ibi congregati pharisai z legisdoctores ex oī castello iudee hilm z galilee venēst qdā volentes ingredi domū cū paralitico quē portabāt vt a dño sanaretur. Cūq; ppter multitudinē nō possent intrare domū ascendit sup tectū domus z inde intromisit eū: z posuerūt eū ante Iesum. Dñs ar Iesus vidēs fidē illoz dixit. Dimitte tur tibi pctā tuā. Ip̄i aut z legisdoctores obseruabāt eū: ex malicia z intra se dicebāt eū blaphemasse: qz solus d̄s p̄ pctā dimittere: z ip̄e sibi attribuebat quem puz hoim esse credebāt. Sic ergo benignus z humilis dñs scrutans corda z renes deus. Quid cogitatis mala i cordib⁹ vestris? Et addidit. Vt sciatis quia filius hominis habet potestātē in terra dimitte di peccata. Paralitico ait. Surge z ambula. Iste autē liberatus surrexit: z omnes eos stupor inuasit. Dic potes p̄siderare plura bona z pulcra documenta. Primū: quia ex hoc fuit victa cecitas iudeorum. Nam manifeste cognoscere potuerūt dominum Iesum esse deum: qui dimittebat peccata. Secundū: quia propter peccata veniunt infirmitates. Et etiam hac solutiōne peccatorū aliquando contingit liberatio corporum: vt patet de curato apud pi scinam: cui dicitur a domino: ne amplius peccet: ne aliquid sibi detur: qz magnū sit meritū fidei. nā alteri⁹ fides alteri p̄dest: sic sup p̄ rime habuisti i seruo Centurionis: sic

etiā habebis infra in chanaan: in cuius fide filia fuit sanata. Hoc quod tunc dicitur in pueris qui baptizantur et si ante annos discretiois moriantur in alterius fide gratia suscipiunt: per quam per meritum christi saluantur: quod est contra quosdam hereticos maledictos. Circa vero modum meditando dicitur ipse inter eos sedere et benignis malignis respondere: et miracula facere: recurre ad generale meditationem quam tibi dixi.

**De socrum Symonis Petri liberata a febribus. Matthei. viij. Marci. i. Lucae. iij. Ca. XXIII**

Contigit dominum Jesum in dicta civitate capharnaum ducere in domum Symonis Petri: ubi socrus eius magnis febribus tenebatur. Humilis autem dominus familiariter tetigit manum eius et curavit eam: sic ut incogniti surgeat: et discipulis ministraret. Sed quod ministravit eis non est scriptum. Cogita ergo quod in domo pauperis discipuli sui pauper comedit: pauperis amato: aliquid cibaria grossa: que cito parari poterat: sibi apposita. Considera denique ipsum dominum iuvantem preparare: maxime in domo discipuli: et quevis humilia: cogita autem de robalia ponenda: aut de cenatis levandis: et de similibus. Talia faciebat humilitatis magister: qui ministrare venerat non ministrari: et se ad familiariter sedendum ponebat in medio mensae et comedeat alacriter: precipue tamen in prandio relucebat paupertas quam maxime amabat.

**De dormitione domini in na-**

nicula. Matthei. viij. Marci iij. Lucae. viij. Ca. XXV

Trans dominus Jesus in naticula cum discipulis suis posuit se ad dormiendum: ponens caput super cervical. Ipse enim multum vigilabat die nocte in omnibus: quod de die in predicationibus laborabat. Cum autem dormiret orta tempestate discipuli periclitari timebant: nec audebant eum excitare. Tandem timore coacti excitaverunt eum dicentes. Domine salva nos perimus. Qui surgens increpavit eos et modica fide: et imperavit ventis et mari: et cessavit tempestas. In predicationibus suis actibus in tuere eum qualiter dormit et cooperare ei: qualiter tenet caput: qualiter surgit a somno dum vocatur eum: et similia. Sed secundum generale regulam predictam hic tu responde rare potes: quod licet circa nos et facta nostra dominus videatur dormire: maxime cum tribulamur: semper tamen diligentissimus custos nosket esse: ideo debemus esse in fide constantes et nihilillo hesitantes.

**De filio vidue suscitato per Jesum et reddito matri sue. Lucae. vij. Ca. XXVI**

Unus semel iret versus civitatem que vocatur Naim obviauit multitudinem hominum portantium iuvenem mortuum: filium vidue ad sepulchrum. Prius igitur dominus minus pietate motus tetigit feretrum et portantes steterunt. Ipse autem dixit. Adulescens tibi dico surge: et statim surrexit qui fuerat mortuus: et reddidit eum matri sue. Quos autem stupuerunt et laudaverunt deum dicentes: quod propheta magnus surrexit in nobis:

et quod deus visitavit plebem suam. In quod si derationibus recurre ut prius.

**De puella suscitata et martha liberata. Matthei. ix. Marci. v. Lucae. viij. Ca. XXVII**

De petitione cuiusdam principis ibat dominus Jesus cum eo: ad salvandam filiam suam. Cum turbam magna iret cum eo: quedam mulier graviter infirma: que dicitur fuisse Martha soror Marie Magdalenae: inter eos que dicebat intra se. Si tetigero tantum simbria vestimenti eius salua ero et timide appropinquans tetigit et liberata est. Dixit autem dominus. Quis me tetigit? Et glide patientia: quod sepe cooperimebat a turbis que volebant ei appropinquare. Ipse autem sciebat quod dicebat: et tamen dixit. Tetigit me aliquis. Ego sensi virtutem de me exisse. Tunc Martha videns quod non latuit eum: reuerteret accessit ad eum et coram omnibus ob quam causam tetigit dixit: et negocium publicavit. Dominus autem libenter curavit eam: a qua ipse multam familiaritatem postea habuit. Tunc dixit. Glade: fides tua te salua fecit. In hoc ergo miraculo habes fidei commendationem. Habes etiam quod dominus vult miracula esse nota: propter utilitatem communem: sed quantum erat in se: propter humilitatem abscodebat: ut habes hic. Quod enim fecerat divina potestate: fidei illius attribuebat. Habes etiam hoc quod est notabile ad humilitatis custodiam. Sicut beatus Bernardus introduxit hoc modum. Quilibet domino perfecte servitibus pro dicit simbria: pars extrema vestimenti domini: propter suam humilem reputationem. Qui ergo ad tantum statum pervenerit: quod se sciat a domino

exaudiri in liberandis infirmis: propter hoc non extollatur: nec sibi attribuat: quod non ipse sed dominus facit. Quamvis enim Martha tangeret simbria et ad eius tactum liberari desideret sic tetigit: Nec tamen a simbria: sed a domino virtus liberationis processit. Unde ipse dixit. Sensi virtutem de me exisse. Nota igitur hic bene: et nil imperpetuum tibi tribuas: quod totum est a deo. Tandem dominus Jesus iuit ad domum istius principis et invenit filiam mortuam suscitavit. Nam ascendens in domum duxit secum Petrum Jacobum et Johannem: et patrem et matrem puellae: et invenit eos stantes: et dixit eis. Recedere non est mortua puella: sed dormit. Et quidam deridebant eum: scientes quod mortua est. Et cecca turbam: intrauit ad eam et tetigit manum eius dicens. Tabita cumi: id est puella: tibi dico surge. Que statim surrexit: et iussit illi dare manducare. Et exijt fama hec per universam terram illam. Dic nota patientiam illam quod vilipendebatur tam alta maiestas: et similia ut supra.

**De perversione Marie Magdalene. Lucae. vij. Ca. XXVIII**

Christus dominus invitatus quodam die a Symone leproso: iuit ad prandium cum eo: quod facere solitus erat: tunc ex sua curialitate: tunc ex benignitate et zelo quem habebat ad salvandas animas pro quibus de celo descenderat. Comedendo enim cum hominibus et perversando cum eis ad amorem suum eos trahere: etiam amore paupertatis. Nam ipse pauperrimus erat: et de mundis huius substantia nihil pro se suis supererat. Humiliter ergo cum gra-

tiarū actiōe speculū hūilitatis Je-  
sus cū inuitabat recipiebat pro lo-  
co rpe. Audies aut Magd alena  
q̄ in domo Symonis recubere:  
quē forte iā predicantē sepe audie-  
rar: et ardēt amabat: tacta dolo-  
re cordis intrinsecus pro peccatis: et  
amoris ei⁹ igne succensa: p̄sideras  
q̄ sine ip̄o salutē obtinere nō possz  
et amplius differre nō valēs: perre-  
xit ad locū p̄uini: facie autē inclina-  
ta oculis: ante cōiuias trāsiens:  
non quēuit donec puenit ad dilectū  
suū. Et tunc illico ad pedes ei⁹ pro-  
strata visceroso dolore pariter et ru-  
bore repleta de peccatis suis: procum-  
bens vultū sup̄ ipsius pedes ex q̄/  
dā p̄fident: q̄ iā intense eū sup̄ oīa  
diligebat: cepit fortiter fletibz et sin-  
gultibz abundare: ac tacite intra se  
dicere. Dñe firmiter scio credo et cō-  
fiteor: vos deū et dñm meū esse. In  
magnis autē et multis offendi ma-  
testate vestrā: peccauī in oīa iusti-  
ciā vestrā: et multiplicata sunt pec-  
cata mea sup̄ num̄ez harene maris  
s; ad vestrā misericōdiam p̄fugio: et ve-  
nīa peto: emēdare peccā mea parata  
sum: et nunq̄ ab obedientia v̄a di-  
scēdā. Nō pariar quēsd a vobis re-  
pulsam quē sup̄ oīa diligo. Non q̄  
me repellat a vobis: s; punice me  
vt liber: tñ misericōdiaz peto. Interim  
tñ lachryme decurrētēs largitē pe-  
des dñi lauefr: et balneauēfr. Quōd  
hic manifeste videre potes: q̄ dñs  
Jesus discalciatus ibat. Tandē a-  
fletu cessans cū perpenderet et indi-  
gnū iudicaret: q̄ sue lachryme dñs  
p̄uigissent: capillis suis eos terfit.  
Ideo aut capillis: q̄ fm aliud pre-  
ciosius nō habebat q̄ eos tergeret.  
Et q̄ etiā q̄v ad vanitatē vsa fue-

rat: ad vtilitatē cōuertere volebat.  
Et ne vultū a dñi pedibz elōgaret:  
amore crescēte osculabatur eos amā-  
ter et sepe. Quia etiā pedes dñi p̄  
diuinā discalcationē calidi erant  
vnguebat eos p̄cioso vnguento. Cō-  
spice igit bene ip̄am: et sup̄ his mo-  
rose mediteris ob eius deuotionē:  
q̄ ita singulariter fuit a dño dile-  
cta: et q̄ solēne fuit hoc factū. Con-  
spice etiā dñm Jesum q̄s benigne  
suscipit eā: et q̄s patētē sustinet q̄c  
qd facit: cessat et quiescit a comedē-  
do donec negociū cōpleat. Essant  
et p̄sue et oēs sup̄ hac nouitate mi-  
rant. Symō autē vehemētē iudica-  
bat in corde suo: q̄ a tali feia p̄mit-  
tebat se tangi: q̄si non esset p̄pheta:  
nec etiā cognosceret. Dñs aut cogi-  
tationibz cordis eius rādīt: et se v̄ez  
p̄pheta oñdit: et exēplo debitous  
eum p̄uicit. Et volēs aperre demō-  
strare: q̄ oīa in dilectiōe p̄sumant:  
dicit. Dimitte ei peccā multa: qm̄  
dilexit multū. Et dixit ad eā. Glade  
in pace. O verbū delectabile suauē  
q̄s libēter illud Maria Magd-  
alena audiuit: q̄s p̄fecte recepit: et p̄-  
fecte ad eū p̄uersa: deinceps bone-  
ste et sancte vixit: ac eidē et marri ei⁹  
p̄seuerāter adhefit. Meditare ista  
diligenter: et q̄sta poteris charitate  
coneris imitari: q̄ hec maxime ver-  
boz opere meruit cōmendari. Nic  
expresse habes: q̄ charitas int̄ deū  
et hominē pacē reformat: q̄ operit  
multitudinē peccōz. Scdm̄ Bernū  
Quāritas cuiuslibet estimat d̄ mē-  
sura charitatis quā habet: vnde q̄  
multū charitatis habet magna fit  
q̄ paz fit parua: q̄ nihil: nihil. Di-  
cente ap̄lo. Si charitatē nō habue-  
ro nihil sum. Sine hac em̄ ipossi-

bile est placere deo: cū qua placet q̄  
cūq̄ placet. Si videas q̄ te toto cor-  
de virtute et ope charitatē habere:  
q̄ facit oīa dura et aspera libēter por-  
tare p̄ deo et proximo.

**Quomodo Johānes ba-**  
**p̄tista discipulos suos misit**  
**ad xp̄m. Lu. viij. Ca. XXX**

Loriosus miles et p̄cursor:  
dñi Jesu Jobes baptista:  
cū esset in vinculz et in carce-  
ratus ab Herode ob iusticie defen-  
sionē: q̄ redarguebat eū: eo q̄ tene-  
bat vxorē fratris sui viuētis: volēs  
inducere discipulos vt seq̄rent dñs  
Jesum: cogitauit ad eū ip̄os mitte-  
re: vt auditis et visis oibz verb ei⁹ et  
factis: exardescerēt in amorē eius: et  
sequerent ip̄m. Juerūt igit ex par-  
te Jobis dicētes. Tu es q̄ ventur⁹  
es: an aliū expectamus. Dñs autē  
Jesum habebat turbā magnā corā  
se. Conspice bene ip̄m: quō placite  
recipit nūcios iohis: et q̄s sapiēter:  
p̄mo factz: postea verbis: rādīt eis  
In eoz p̄sentia surdos sanauit:  
cecos et muros et multa alia mira-  
cula fecit: et predicauit ap̄lo: et p̄ter  
eius absentia dixit inter alia. Ite et  
renūciare iohi q̄ audistis et vidistis.  
Juefr igit et ea retulit iohi: q̄ ea li-  
benter audiuit. Illi ei discipuli: vt  
pie credo: post morē iohis xp̄o ad-  
heserūt firmiter. Dñs at iesus post  
eoz discessum Johannē corā ip̄lo  
laudauit. s. q̄ erat plus q̄s p̄pheta: et  
q̄ inter natos muliez maior eo nō  
surrexerat. et vt d̄ his et alijs i euā-  
gelio habes.

**De morte beati Johan-**  
**nis baptiste. Matthei. xiiij.**  
**Marci. vi. Ca. XXX**

Je pot̄ occurrere p̄sideratō  
b de morte beati iohis bap-  
tiste. Cum igit Herodes ille  
nequissim⁹ et adultera illa pessima  
sūt forte cū dixissent illū occidere vt  
peccati sui redarguorē nō haberent:  
p̄tigitt vt in die p̄uini saltaret misē-  
ra filia Herodias: et daret ei caput  
iohānis: et sic fuit in carcere decol-  
latus. Vide quantus vir quā vili-  
ter et enormiter regnante et imperā-  
te nequicia occubuit. Q̄ d̄s quali-  
ter hoc fieri permulisti. Quid est co-  
gitare q̄ talis moriā iohānes qui  
tante sanctitatis et perfectiōis erat  
vt putaret esse christus. Igit si vis  
hoc negociū ruminare post nepha-  
ria opera eoz cogita iohānis ma-  
gnitudinē: et excellentiā singularē:  
tunc vere poteris stupere. Audisti  
quomodo fuit a domino cōmen-  
datus: audi et quomodo cōmenda-  
tur a sancto Bernardo. Johānes  
inquit: vbiq̄ maior in oīibus et  
singulis mirabilis super omnes.  
Quis sic gloriose annūciatus est?  
Quis sic specialiter in matris vte-  
ro legitur sp̄ritu sancto fuisse reple-  
tus? Quē legisti intra matris vte-  
rum exultasse? Cuius natiuitatem  
vidisti ecclesiam celebrare? Quis  
puer sic heremū cōcupiuit? Quis  
tam sublimiter fuit conuersatus?  
Quis penitentiam et regnū celozū  
primus ostendit? Quis regem glo-  
rie baptisauit? Cui se primū trin-  
tas reuelauit aperte? Cui tale testi-  
moniū perhibuit dñs? Quē sic ho-  
norat ecclesia? Assimilar em̄ cum  
oīibz ordinibz angeloz sanctorz:  
imo videtur quasi preferre. Et Jo-  
hannes os aureū similitur sūme ex-  
tollit eū dicēs. Jobes scala x̄i. et.

Si ergo ad inuicē comparas excel-  
lentiā & dignitatē Johānis: & pro-  
funditatē scelez eoz qui cum occi-  
derūt: merito habebis materiā stu-  
pendi & murmurādi: si fas sit dice-  
re: etiā ꝓra deū. Nam ad hunc ta-  
lem & tantū mirū spiculator: col-  
lum parat humiliter: genū flectit:  
& deo gratias agens: ponit sacra-  
tissimū caput super aliquo trunco  
vel lapide: & patēterictus sustinet  
quousq; totaliter abscondat. Ecce  
quomō vadit Johannes amicus  
dñi Jesu & sanguineus: deiq; ma-  
turus secretari⁹. Vere nobis ma-  
gna ꝓfusio est si patientiā in quibz  
cunq; a diuersitatibz nō habemus.  
Johānes innocēs mortē talem su-  
stinuit patēter: & nos plerūq; pec-  
caris aggrauati: & ira dei digni: nō  
possumus etiā paruas iniurias et  
grauamina tolerare: imo plerūq;  
nec verba. Dñs autē Jesus tunc e-  
rat in partibz illis Judee: sed nō in  
terra illa. Cum autē mors Johānis  
ei fuisset nunciata: fleuit pius dñs  
pugilē suū & ꝓsobrinū: fleuerūt & di-  
scipuli eius cū eo: fleuit & beatavir-  
go: que ipsum natū de terra leua-  
uit: & tenere dilexit. Sed dñs con-  
solabat matrē suam. Ipsa vero di-  
cebat. Fili quare nō defendisti euz  
ne sic morerēt? Et dñs ad eā. Re-  
uerenda mater nō expediebat ei ta-  
lis defensio. Nam ipse ꝓ ꝓie meo  
mortuus est: & ꝓ defensioe sue in-  
sticie. Cito autē: erit in sua gloria.  
Ipse em̄ pater nō intendit defende-  
re suos tali modo in hoc mūdo: qz  
nō sūt diutius in eo moraturi: nec  
eoz patria hic est: sed in celis. Jo-  
hānes est solut⁹ a vinculis corpo-  
ris: nec est vis in mūdo moriendi.

Sicut hostis in eū quantū potuit  
sed ipse cū patre meo regnabit in-  
eternū. Consoleris mater charissi-  
ma: quia Johāni semper erit bene  
Postea vero lapsus aliquo diebz di-  
scessit dñs Jesus de partibz illis: &  
redijt in galileā. Tunc autē predict⁹  
oibz te presentē exhibeas: & ea me-  
diteris deuote quocūq; ierit domi-  
nus Jesus sequeris.

De locutione dñi cum sa-  
maritana ad puteū. Johan-  
nis. iij. **Ca. XXXI**

Am dñs Jesus d iudea in  
c galileā rediret: q̄ est via vigi-  
ti miliarioꝝ & ampli⁹ vr̄ di-  
xi tibi pluries: & trāsiret ꝓ samariā  
fatigat⁹ est ex itinere. Cōspice nunc  
ꝓo deo hic: quō fatigatus est: & su-  
dorē emittēs plane incedit. Sepe  
fatigatus est: & tota vita sua labo-  
riosa fuit. Posuit ḡ se dñs ad sedē  
dum sup̄ quendā puteū & quiesce-  
bat: discipuli autē iuerūt ad queren-  
dos cibos in ciuitatē. Venit ḡ mu-  
lier quedā que vocabat Lucia ꝓo  
aqua ad puteū. Dñs autē Jesus ce-  
pit loqui cū ea: & de magnis factis  
tractare: & seipm̄ eidē manifestare.  
De q̄bz autē cū ea loquebat: & qua-  
liter discipuli redierūt: & qualiter ad  
verbū mulier⁹ ciuitas venit obuiā  
ei: & q̄liter ipse cū eis stetit: iuit: di-  
scellit: nō intēdo referre. Plana est  
em̄ euāgelica hystoria lege ipam: &  
ipm̄ dñm aspice i actibz sup̄dictis:  
Ex ipa hystoria q̄dā pulcra & vtilia  
nota ꝓ ꝓ humilitatē dñi iesu: tū qz so-  
lus remāsit humil⁹ dñs: discipulis  
autē cūtibz ꝓfidei ei se habebat cū: tū  
et qz cū illa miracula oia & magnū  
loq̄bat: sic & sic tractabat hūilr̄ ac

dē pari loquebant ad inuicē. Non  
em̄ dedignabat eam: s; talia cū ea  
dicebat: q̄ si multi sapiētissimi re-  
spondisset d talibz magnū fuisset.  
Non sic faciunt superbū: si em̄ am-  
pullo sa verba sua funderent inter  
paucos nedū cum vno: ea perdit  
reputarēt: nec illos reputarēt eoz  
verba suscipere. Scdo paupertatē  
ipius & afflictionē corpis. Conside-  
ra etiā humilitatē & multa cū eis.  
Habes em̄ q̄ discipuli iuerunt ad  
ciuitatē ad querendū cibos: & que-  
ritos portauerūt: & volebat mandu-  
care: s; si eos ibi manducasset: cer-  
te ibi ad puteū aut ad aliquē riuū  
siue fontē potasset. Glides ergo hic  
qualiter famelicus & fatigatus re-  
ficiebat. Glide colligere potes q̄  
humilis dñs ac paupertatis ama-  
tor: cū ibat ꝓ mundū: sepe come-  
debat extra ciuitates & hoim̄ babi-  
tationes ad aliquē riuū vel fontem  
q̄trumctiq; fatigatus aut afflic-  
toꝝ. Nec habebat coacta exquisi-  
ta cibaria: nō vasa curiosa: nō deli-  
cata vina: s; habebat aquā vinā ex  
ipō fonte viuo q̄ vineas secunda-  
bat: & creauerat oia que mouent in  
aqs. Et panē vt paup̄ sedēs in ter-  
ra comedebat. Tertio cōsidera quō  
intentus erat spiritali studio. nā  
cum discipuli inuitarēt eum vt co-  
mederet dixit. Ego cibū habeo mā-  
ducare quē vō snecitis. Deus ci-  
bus est vt faciā voluntatē patris  
mei qui misit me. Nec voluit man-  
ducare: s; expectabat eos q̄ erant  
in ciuitate vt eis predicaret: prius  
operari volens ea q̄ spiritus erant  
q̄ ea q̄ corpis: q̄ntū cunq; indige-  
ret. Cōspice igit̄ eum in predictis:  
& eius virtutes imitare.

Quomodo Jesus ductus  
fuit ad supercilium montis  
vt eum precipitarent. Lu-  
ce. xij. **Ca. XXXII**

Am redisset dñs Jesus na-  
c zareth: & illi cū rogarent vt  
miracula faceret: & ipse eos  
miraculū indignos oñderet: illi fu-  
roꝝ accensi expulserūt eū extra ciuita-  
tē. Benignus ḡ dñs ante eos fu-  
git: & illi ꝓsequabant eū. Quid  
tibi videt? Intm̄ furor eoz exarsit:  
q̄ eum vsq; ad supercilū mōtis du-  
xerūt vt eum inde precipitaret. Dñs  
autē diuina virtute transiēs ꝓ mediū  
illoꝝ ibat. Nō dum em̄ mori elegerat.  
Et dicit glosa: q̄ qñ dñs Jesus  
d manibz eoz lapsus de mōte de-  
scenderet: & sub rupe lateret: saxū  
subterfugit: & locū ei dedit q̄trum-  
erat sua capacitas ac si fuisset d ter-  
ra: & ruge vestis eius ibi remanse-  
rūt: ac si stuppe essent. Cōspice igit̄  
eū ante ipos fugiētē & letantē sub  
rupe: & cōparere afflictionē suis: et  
in hūilitate ac paria ipm̄ imiteris.

Qualiter dñs Jesus sa-  
nauit quendā habentē ma-  
nū aridā. Lu. vi. Marci. iij.  
Mathei. xij. **Ca. XXXIII**

Quadam die sabbati doce-  
bat dñs Jesus in synago-  
ga: vbi erat quidā habens  
manū aridā: fecit autē Jesus stare in  
medio: vt quesiuit ab illis sapiētibus:  
Si licebat in die sabbati be-  
nefacere. Ipsi vero tacerūt. Dñs  
autē Jesus habenti manū aridā di-  
xit: Extende manū tuā: & sanatus  
est. Pluries diebz sabbatoꝝ fecit  
miracula dñs Jesus ad eoz ꝓsu-

fusione q̄ legē carnaliter intelligebant: quā spūaliter obseruare nolebāt. Nō em̄ in die sabbati erat a bono abstinendū: z ab operibz charitatis: s; a peccatis: z ab oibz seruitibus. Et inde illi multū scandalisā tur: z spīrat̄ p̄tra eū dicētes. Non est hic hō a deo q̄ sabbatū nō custodit. S; p̄p̄erea dñs nō dimittebat imo studiosus faciebat: vt eos erueret ab errore. Cōsidera igit̄ eū in p̄dictis operatiōibz: z eius exemplo nō cesses a bono opere: etiā si aliud inde scandalisē iniuste. A bono ei opere necessario ad salutē aie: aut profectū spūs p̄ferēte: nō debet q̄s cessare p̄pter scandalū alterius. A comodo vero corpali fm̄ perfecte charitatis exigentiā abstinendū ē p̄pter scandalū frat̄. Ad Ro. xiiij. Bonū est nō māducare carnē nec bibere vinū: neq; in quo frater tuus offendit scandalisē aut infirmat̄.

**De multiplicatiōe panū**  
 Math. xiiij. Marci. vi. z viij  
 Luce. ix. Johannis sexto.  
 Ca. XXXIII

Eduabz vicibz legit̄: q̄ benignus dñs multiplicauit paucos panes: z inde multa milia hoīm satiavit. Nos tñ in vinū redigamus meditationē in q̄ p̄sideram⁹ dicta z facta ipsius. Dicit em̄ tunc. Misereor sup turbaz: q̄ ecce iam triduo sustinet me: nec habēt q̄ manducent: z si dimisero eos ieiunos deficiēt in via. Quidā ei ex eis de longe venerāt: z postea panes multiplicauit: ita vt oēs comederēt abundāter. Cōsidera q̄ in his plura bona. specialr quō dñs Iesus erat misericors curialis z ḡ

tus discretus z circūspectus. Primo p̄sidera quō erat misericors qz miscōia traxit eū ad subueniendū eis. Ideo dixit: Misereor sup turbā. Nā miscōia eius plena est terra. Secōdo curialis z gratus ex causa quā assignat. Ecce inq̄t iam triduo sustinet me. Vide curialitatē z gratitudinē magnā et mirabilē. Nā quasi beneficio ab eis recepto sic loquit̄ eū in veritate ipsoz non esset s; suū. Sed sic est: vt alibi d̄. Delicie mee cū filijs hoīm: cū sibi nil accrescat: nobis aut̄ proueniat salus. Illos ergo qui cū sequunt̄: z precepta ei usq; ac monita custodiunt: diligit dñs: nec ei manū claudit quin eis plene subueniat cū ex pedit eis. Tertio discretus z circūspectus: eo q̄ p̄siderabat eoz indigentia z impotentia qualiter deficere poterāt. Vides ergo q̄ sapida z q̄ mellisua fuerit ista verba sicut specialiter possumus in aliquo specialī negotio prouidere. Non ergo habeamus elatiōis materiā: cum de manu dñi aliquā p̄solationē recipimus: vel aliquē profectū spūalis exercitiū sentim⁹: qz nō a nobis s; ab ip̄o habemus z est. Ideo si bene atredis: q̄sto p̄fectiores sunt serui dei: deo p̄p̄inquoiores z in donis eius excellētiōres: z tāto humiliores esse eos videbis. Quia nil sibi attribuit: nisi defectus z peccā. Et q̄sto q̄s ei magis appropinquat tāto magis est illiuiat̄. Ideo dei magnificentiā z suā miserā clarius videt: z sic i eis nō p̄t habere locū superbia: nec vana gloria: q̄ ex ignorantie cecitate p̄cedūt. Non em̄ q̄ bene se z deū cognosceret z examinaret supbire posset. Et est lōga via

q̄ ad deū venimus: z specialr inuisibilibz loquor: q̄ in tam longā regionē ab eo disgressi sumus p̄ peccata. Ad euz igit̄ rediens q̄s: d̄ de lōga via venire. Post verba sic dicit fecit omp̄s facta. Conspice igit̄ q̄liter illos panes accipiēs: z gratias patri agēs: dedit discipulis vt apponerēt turbe: z in manibz eorū ita multiplicauit: vt oēs p̄ suo libito comederēt: z multa supersent fragmenta. Cōsidera igit̄ q̄liter aspicit eos comedere: z in eoz iocū ditare: p̄spera. p̄spice illos etiā quō d̄ isto miraculo admirant̄: vn⁹ ad alterū inde loquit̄: letant̄: z cum grāz actiōe manducāt: nō solū corpōis s; saltē aliqui ex ip̄is: z mēt̄is refectiōnē percipiēt̄. S; nunq̄d fuit ibi dñs nostra vt de panibz libēter mulieribz porrigeret: z d̄ eaz recreatiōe gauderet. Scriptura de hoc nō loquit̄. Tu aut̄ meditare prout dñs tibi dederit.

**De fuga dñi Iesu quando turba voluit eum facere regē.**  
 Joh. vi. Ca. XXXV

Q̄stq; dñs Iesus satiavit p̄ turbas: vt supius cōtinet̄: voluēt eū facere regē. Cōsiderabat em̄ q̄ posset eoz necessitatibz subuenire. Dñs at̄ Iesus videns volūtate eoz: fugit ab eis in montē ita q̄ illi nō perpendēt nec euz inuenire poruerūt. Noluit ergo t̄paliter honorari. Et vide quō vere z nō fictē hunc fugit honorem. Misit em̄ discipulos per mare: et ipse ascendit in montē: vt si eum inter discipulos quererent: ipsum inuenire nequirit̄. Discipuli aut̄ no-

lebant ab eo separari: s; ip̄e coegit eos intrare nauiculā z transferrare. Bonū erat eoz desiderū. scilicet velle semper cū domino stare: s; ip̄e aliter prouidebat. Conspice ergo eos quomodo ab eo inuēte descendunt: z quomodo coegit eos: offendens penitus se ita velle: q̄ si ne ip̄o vadunt in nauē. Tunc ip̄i obedierūt: quantūcunq; graue et durū videret̄ eis. Sic quotidie nobiscum facit: vellemus em̄ bene q̄ nunq; a nobis discederet: sed ipse aliter se habet cū anima: vadit z redit nō p̄ velle suo: s; p̄ nostro bono. Ideo forte subtrahit se: scdm Bernardū: vt auidius reuocetur z fortius teneat̄. Unde aliquādo simularat se longius ire: nō qz hoc velle: s; quia volebat audire: mane nobiscū dñe qm̄ aduesperascit. Est ire quidē dispensatiū: redire semper voluntariū ergo si morā fecerit: nō tardat quo ad meritū: sed quo ad votū. Debet igit̄ ania deū inuocare instanter: z interim sustinere procellas maris exemplo discipuloz nauem intrantiū z expeccantiū liberationē. S; redeamus ad dominū Iesum. Ingressus em̄ discipulis mare: ipse solus ascendit in montē: z sic euasit manus eorū qui querebant eum. Vides quanto studio z cautela regnū declinauit z honorē. Exemplū nobis in hoc dedit vt similiter faciamus. Non em̄ pro se: sed pro nobis fugit. Cognoscebat em̄ quantū peccatum sit ad honores aspirare: siue prelatiōis z pompe siue scientie. Et hoc probat̄ multipliciter. Primo: quia oportet procurare et nutrire amicos: quibus habeantur

*ad honores aspirare*

